

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 01 : De Acheronte](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - III, 01 : De Acheronte

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III**

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 01 : De Acheronte](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III**

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 02 : D'Acheron](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III**

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 01 : D'Acheron](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 57v°-59r°

## Du monde

Toponymes [Achéron \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

## Mythologiæ.

sa scelera fateri, quis intrepido animo aliquod flagitium aggrediretur? Accedebat ad terrorem terribilis inferorum tyranni vultus, stridularumq; catenarum strepitus à vinc̄tis animabus tractarum: sonabant plagarū verbera, quæ fontibus infligebantur: vndique exaudiebantur cruciatarum animarum lamentationes. Hæc etsi à nonnullis paruiferebant ac desiderarent; tamen nemo erat, qui extremum vitæ diem sibi adesse sentiret, quin magnopere formidaret, atque vniuersæ vitæ suæ rationem ad hæc non timenda, si fieri posset, quàm paratissimam esse cuperet. Vnum est enim morituris bonum viaticum innocentis, recteque præteritæ vitæ recordatio, quæ sola nos intrepidus ad omnium iudicum præsentiam, & ad omnia pericula perducit. Ex altera parte nos hortabantur sapientes ad probitatem ingentibus & iucundissimis voluptatibus propositis in campis Elysiis. Nam quicumque virorū bonorum instituta obseruauerit, sancteque vixerit, hic in beatorum cætum deducebatur, vbi omnis generis ferax erat tellus fructuum; aquæque de fontibus lymphidissimis fluebant, ac prata variis floribus ver perpetuum agentia vestiebantur, ibi concilia erant philosophantium, ibi theatra poetarū, ibi cyclici chori, ibi musica oblectamenta, ibi concinna & elegantia conuiuia, voluptasque nulli molestiæ cōiuncta. Neque enim calor immodicus nec frigus sentiebatur, sed æt semper erat salubris & temperatus, neque vehemētoribus solis radiis inflammabatur. Quod est enim suauissimarum auicularum genus, quod ibi non mirificos concentus exerceret; aut quæ arbores sunt odoriferæ quæ non semper amantissimis floribus vestirentur? hinc lites, hinc inimicitis, hinc odia, hinc atrocitas, hinc dolus, hinc perituria, hinc inuidia exulabat. Hic felicissima vita, & ab omni molestia tranquilla sine mortis aut ægritudinis metu traducebatur, vt dicebant. Quod felicitatis genus illis solis expositum erat, qui sancte pieque vixissent, aut qui peccata quidem non nulla, sed medicabilia & leuia commisissent; quæ quodam in loco non longe ab hoc expurgabantur. His rationibus, aliisque similibus conati sunt antiqui multitudinis animos partim spe voluptatum, partim metu suppliciorum ad iustitiam, vitæque integritatem reuocare. Sed quoniā primus omnium mortalium Pluto istas rationes excogitauit, vt sensit Hecæteus, hunc esse locorum illorum Regem crediderunt: sicuti ventorum Acolum, quia mutationes ventorum prior obseruasset, Lunæque amicum Endymionem, quia lunæ cursum prior & mutationes percepisset. Et quoniam de Plutone verba fecimus, nunc quæ formidabilia fuisse crederentur in eius regno inueitigemus, ac primum de Acheronte loquamur.

De Acheronte.

Cap. I.

40 Scriptum reliquit Diuinus Plato in Axiocho, si modo legitimus est eius scriptoris dialogus, Opim & Apollinem tabulas quasdam æneas in Delum ex Hyperboreis detulisse, in quibus scriptū erat, animā, postquā fuerit à corpore exoluta, in ignotum quendam subterraneum recessum peruenire, vbi Regia sit Plutonis, nihilo minor quàm Iouis sit aula. Nam cum medium globorū orbis terra obtineat, superius hemisphæriū Iupiter & eius filii gubernant, cum inferiori Pluto Iouis frater & nepotes dominantur. Sed antequam ad Plutonis regis vestibulum peruentum sit, vbi porta ferrea firmisissimis pessulis claustrisque confirmata excipit aduocantes, primus est Ache-  
ron



ron fluvius post quem Cocytus, ac alii deinceps, ut explicabitur. Hunc fluvium igitur Acherontem, qui primus accedentes ad inferos mortuorum animas excipit, ac traiciendus est, nonnulli Cereris, alii terræ filium esse fabulantur, quem alii alia de causa missum fuisse ad inferos dixerunt. Acherontem fluvium esse, qui in Acherusiam paludem illabatur ita scripsit Plato in Phædone; *τὸν ποταμὸν ἀχαιρόν τε καὶ ἰσάριον ἴσως ἀχαιρῶν, ἢ δὲ ἰσάριον τῆς γῆς ἄλλου, καὶ δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς γῆς, ἢ τῆς Ἄλφειας ἐφαρμόξας τὸν ἀχαιρόν τε καὶ τὸν ἰσάριον τῶν ποταμῶν καὶ πολλῶν ἐφαρμόξων, καὶ τῶν πηγαίων χερσῶν ῥέουσι, αἱ μὲν ἀχαιρῶν, αἱ δὲ ἰσάριων, καὶ ἰσάριον ποταμῶν ἢ τῶν τῆς γῆς ποταμῶν.* At contra, è regione huius fuit Acheron, qui per alia loca deserta labitur, atque sub terram occultatus in Acherusiam paludem ingreditur: quo multæ mortuorū animæ perveniunt. Ibi tempora quædam diuinitus statuta aliæ longiora, aliæ breviora expectantes, rursus in animalium ortus relabuntur. Alii contra non ingredi, sed egredi ex Acherusia palude Acherontem fluvium putarunt, ut sentit Strabo libro octavo, qui Acherontem scribit in portum Chimerium dulcem multis acceptis fluminibus intrare, atque eum sinum dulcem efficere, qui non procul distat ab Ephyra Thesprotorum ciuitate, quem etiam Acherontem & Daulium inquit in Alpheum irrumpere. Huic fluvio datum esse inquit id nomen, quoniam Cereris, Proserpinæque ac Plutonis templa, quæ magno in honore apud Triphylicam Hypanam fuerunt, alluebat. Enimuero scire cõuenit duo fuisse flumina variis in locis eodẽ nomine appellata: fuit Acheron fluvius in agro Brutio iuxta Pandosiam, ubi Molossorum Rex Alexander ab oraculo Dodonzo deceptus, trucidatus fuit, ut ait Strabo libro sexto; cum iubetur Acherontem atque Pandosiam deuitare; inque arbitratus esset ea esse loca in agro Tesprotio, quæ erant eo nomine per id tempus celeberrima. Alius item fuit Acheron Epiri fluvius ex Acherusia palude defluens iuxta Pandosiam ciuitatem, qui multis fluminibus auctus, ut dictum est, in sinu Ambracium illabebatur. Erat autem Acherusia palus, per quam sub terra dictus est Acheron in Mariandyuorum regione defluere, ut ait Apollonius libro secundo;

10

20

30

*αὐτὸν δ' ἐν μέλει ποταμὸν δὲ τῆς ἀλφειᾶς ἀχαιρῶν  
 ἔτι μαρμαρυγῶν ἰσάριον τε καὶ ἰσάριον.  
 Ἔστι μὲν δὲ ἀχαιρὸς κατὰ τὴν ἐπὶ κίλιον.  
 Ἀχαιρῶν τε καὶ ἰσάριον τε, ἄριστον τῶν ποταμῶν.  
 Ἀχαιρῶν δ' ἀχαιρῶν ἀχαιρῶν ἰσάριον τε καὶ ἰσάριον.  
 Ἀχαιρῶν δὲ μαρμαρυγῶν ἀχαιρῶν ἰσάριον τε καὶ ἰσάριον.*

Inde iter exiguum redeuntes per mare, terram  
 Ibitis ad Mariandynam è regione locustam.  
 Est ibi Tartarei descendens ianua Ditis;  
 Atque altè tellus Acherusia prominet, inde  
 Hanc Acheron scin, sens sub terra vortice multo  
 Voluitur; atque specu de magno effunditur vnda.

40

Hæc palus Acherusia non multum a Cichyio oppido distabat, ut ait Pauf. in Atticis, & Strabo lib. quinto proximam fuisse scribit Miseno promontorio, quæ deinle redusta profundum litus in sinu Iliano aperiebat, æquæque præbebat sanandis morbis accommodatas. Cum essent igitur duæ Acherusix, altera in agro Brutio, altera iuxta Pandosiam in agro Thesprotio sive in Epiro apud urbem Heracleam, non procul à Sinope; iuxta hanc Epiri  
 P A Acherusiam



# Mythologia.

Acherusiam Acherontem fluvium inferorum fluere scripserunt antiqui, quæ sub terram immergi, & ad inferos vsque pervenire, paludemque ibi altissimam efficere crediderunt. Iuxta hanc Acherusiam fuit descensus ad inferos, ut scripsit his verbis Aretades Cnidius in lib. secundo rerum Macedonicarum, & repetiuit perdoctus Apollonii enarrator; ἀπειρὶ ἑρακλέως ἀχέρουσις καλλιμῆνις παταχίτις ἐκ βαλάρου ἐστὶν ὄψοις τε καὶ ἀπείρουσις, καὶ ἀπείρουσις δὲ διαμαίη δὲ τὸ πρῶτον βίθωνιαι πύλας τε καὶ ἀπείρουσις αὐτῶν τὸ κοῦμα σφαιρῶν ἀπείρουσις ἔχουσι. καὶ πρὸ τούτου ἄρα ἀπείρουσις πύλας τε καὶ ἀπείρουσις αὐτῶν πύλας, καὶ δευτέρου ἀπείρουσις ἀπείρουσις δὲ τὸν ὄψοις. Acherusia vocata, quæ est iuxta Heracleam, ubique

10

alta est & præceps supra mare: atque in occidentem respicit in mare Bithyniæ, cui vnda incidens ingentes sonos efficit. Huius in summa parte natae sunt platani, & in eius planitie; ibique videtur esse ad inferos descensus, quod scripsit etiam Nymphis Samius in primo Heracleæ. Nam apud eum fluvium speluncam fuisse, quæ duceret ad inferos, creditum est, ut scripsit ex prædictorum scriptorum sententia Apollonius in secundo Argonauticorum;

ἐκ δ' αὐτῆς οὐκ ἀποκαίεται ἕσπερος ἡ  
 ἀπὸ δὲ θύρας τὰς αἰετῶν, ἵασι αὐτῶν δ' αἰετῶν  
 ἔλασαι πύραυς ἐπιρῶντες. ἔγνω δ' αὐτῶν  
 πρὸς οὐδὲν ἐπιρῶντες ἀποκαίεται μυχῶν  
 ἴασι καὶ ἀποκαίεται ἀπὸ ἀπείρουσις πύλας.

20

Nec procul; interius prospectat terra propinqua,  
 Ad medium conuersa diem, spelunca remittit  
 Frigida, vbi exhalat graueolentes vsque vapores;  
 Sempet & hæc aluit se circum cana pruina.

Ex hac palude Acheron fluuius in mare fluit, quod est orientem versus, de quo nunc loquimur; qui cum sub terram occultetur, mox per quandam speluncam vallemque emergit, tanquam ab inferis, ad quos per multum spatium accedere creditur, ut est apud eundem poetam;

30

Ἐνθάδ' καὶ πρὸς αὐτῶν ἀπείρουσις ἵασι.  
 ἐστὶ δὲ τῆς αἰετῶν ἀπείρουσις οὐδὲν ἄλλο  
 ἵασι, καὶ δὲ φέρει καταγόμεν αὐτῶν.

Hic Acherontæ valli sunt ostia fluctus;  
 Qui summa de parte fluens prorumpit in æquor  
 Eorum; reuocat valles in luminis auras.

Fama est hinc & per hanc speluncam Herculem Cerberum in lucem eduxisse, ut in his scripsit enarrator Nicandri; Ἀχέρων δὲ πύραυς ἐκ ἑρακλέως ἡ πύραυς αὐτῶν, ἡ δὲ τῶν αἰετῶν ἀπείρουσις ἵασι καὶ ἀπείρουσις αὐτῶν. Acheron fluuius est Heracleæ Ponticæ, quæ Hercules Plutonis canem eduxit, atque collis

40

Aconitus dicitur. Huius fluminis aqua insuauissimam fuisse, sicuti etiam Cocytii, scripsit Pausanias in Atticis, cuius alumna est alba populus, ut oleaster Alphei, populus nigra Eridani; quare cum ad Cerberum Hercules per eam portam accessisset, dicitur fuisse alba populo coronatus, cum ob caliginem tamen inferorum facta sit postea nigra illa corona, de qua apud Padum defossa nata est nigra populus, ut fabulantur. Hic Acheron dicitur esse Gorgyra filium Aescalaphum habuisse, qui Proserpinam accusauit, quia ieiunium apud inferos soluisset, de quo ita scripsit Apollodorus Grammaticus libro primo; κατὰ μαρτυρίαν δὲ αὐτῆς ἀσκαλάφου τὸν ἀχέρουσις, καὶ γοργύρας. cum testimonium

aduersus



aduersus ipsam dixisset Aſcalaphus Acherontis & Gorgyre filius. Dicitur fuit Acheron *ἄχαιον* quia fluuat vnde moleſtiarum ſcilicet, nam vt ait Iſacius *ἄχος* quia dolores ſcilicet & merores coniuſtorum mortuis magnis vndis deuoluantur. Ego tamen illorum ſententię potius acceſſerim, qui Acherontem dictum putarunt, ab Acheronte illo, qui in iis locis regnauit, vt ſcripſit Andro Teius in ſua Nauigatione. Acque ex his paruit primum Acherontem deſcendentes ad inferos animas excipere ſolicum, & Cereris, vel vt aliis magis placuit, Terrę fuiſſe filium. Hunc, quia potum præbuerit Titanibus aduerſus Iouem pugnantibus, ad inferos detrufum crediderunt, qui ex Acheruſia deſſeret, per loca ſubterranea, atq; per vallem profundam rurfus ederetur in lucem, aquamq; haberet inſuauiſſimam. Hęc illa ſunt, quę de Acheronte fabuloſe ſcripta inueniuntur; quę cur ficta ſint, nunc perquiramus. Cur Acheron primus excipie mortuorum animas? quia cum morituri ſunt homines, corpor quidam mentem, animumq; ita labefactat, vt propinqua mors eſſe facile ſentiantur: tunc enim conſcientia, rerumq; geſtarum memoria animum perturbat: quę palus eſt omnibus primum traicienda, vt fabuloſe fingitur a poetis: neque enim in hac præteritę vitę inueſtigatione poteſt animus non magno-  
10  
20  
30  
40

De Styge. Cap. II.

**S**Tyx item inferorum fluuius poſt Acherontem ad inferos acceſſuris ſe offert; quam alii ex aliis parentibus ortam crediderunt. Nam Heſiodus in Theogonia ex Oceano natam eſſe Stygem tradidit in his;

*Δρυὶν ἔδεν ἑυκέρην ἀφ' Ἰφιδίου βλάστην  
 Πυροβλάστην, ἵερ' αἰὲρ δι' ἠϊῶν ἄνατ' ἰσχυρὰν αἶψα  
 Μαιμῶντι πύρρονι κορυμφῶν ἀμύλλῃ κορυφῇ  
 ἀχέει δ' ἰφιδίου τρεῖς ἄρα ποταμούς, Ἰφιδίον τε.*

Styx grauis, Oceani reſſui de ſemine nata.  
 Quę procul a ſuperis colit alta palatia, longis

Marmo-